



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn


Hydra Prophanarum Novitatum, Sive Descriptio Historico-Theologica causarum principalium omnium irrepentium Hæreseon ac Schismatum: unàque Generalis earundem prophanarum Novitatum confutatio

Alexander <a Sancta Theresia>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Caput VI. Zelus indiscretus reformandi Sacramentum Pœnitentiæ, est
prophanæ novitatis seu hæreseos causa. Agiturque de absolutione
recidivantium: satisfactionis taxatione: ex Ven. Thoma Walde[n]si ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-35361


 CAP. VI. HYDRÆ.

*Zelus indiscretus reformandi Sa-
 cramentum pœnitentiæ est prophanæ
 Novitatis seu hæreseos causa. Agiturq̃
 de absolutione recidivantium: satisfac-
 tionis taxatione: ex Ven. Thoma
 Waldensi Carmelita Tom. 2. de Sa-
 cramento pœnitentiæ Capite 149. 150.
 & seqq.*

SAthanica superbia, quam omnium hære-
 sum fontalem originem *capite 1.* esse demon-
 stravimus, non sinit elatos homines duram in-
 flectere cervicem, ac peccata sua agnoscere,
 ministris Christi cum rubore per Sacramenta-
 lem Confessionem aperire, absolutionem ab
 eis petere, impositamque satisfactionem, car-
 nalibus Novatoribus tantopere invisam, adim-
 plere: ad quæ, cum vi præcepti Sacramenti
 pœnitentiæ adstringuntur, variis eam machi-
 nis moluntur evertere; præsertim verò inhu-
 manâ quâdam severitate, quâ Confessores im-
 pœnitentes jubent animadvertere: quâ fraudu-
 lentiâ id efficerentur, ut peccatores à sa-
 lutari medicina penitus abalienent, ipsumque
 pœnitentiæ Sacramentum è medio tollant.
 Hos animarû carnifices sectatores habet Cer-
 doille Hæresiarcha, qui teste Tertulliano, (a)

a Lib. de
 præscrip.

Deum cap. 24.

Deum servum, mundi Creatorem induxit : ad
 enim Novatores plerique duri sunt Censorum
 ut nedum Deum servum agnoscere, sed & ad
 rare videantur. Horum tyrannidem variis oc-
 casionibus depinxit, perstrinxitque inclum-
 Martyr Cyprianus : (b) de Novato, pœnitenti-
 tiam hostium duce, asserit, quod nec vulnus
 um misericordiae, sed adhuc gravius & se
 vulnerat : in perniciem fratrum linguâ sua
 strepens, & facundia venenata jacula contorquens,
 magis durus secularis Philologiae pravitate,
 quam Philosophia Dominica lenitate pacis
 deserter Ecclesie, misericordiae hostis, interfectio-
 pœnitentiæ, Doctor superbia, veritatis corruptio,
 perduor charitatis. Et alio loco dicit (c) de
 Martiano Novati sequace, quod fuerit tenens
 Heretica presumptionis durissimam pravitate,
 ut servis Dei pro eo dolentibus & ad Ecclesiam
 chrymis & gemitu & dolore pulsantibus divina
 pietatis & lenitatis paternæ solatia & subsidia
 elaudantur. Nec ad fovenda vulnera vulnera
 admittantur, sed sine spe pacis & communicatio-
 nis relicta ad luporum rapinam & prædam
 diaboli projiciantur. Unde eundem Martianum
 vocat pervicacem & superbum, & divine pietatis
 ac fraternæ salutis inimicum ; eò quod lapsus
 erigendis & vulneratis curandis, bonitatis
 & misericordie divine medicinam denegaret.
 Rursus de ipso Hæresiarcha Novato scri-
 bens, inquit : (d) Ecce ab adverso ob-
 orius est alius hostis, & ipsius pater-
 næ pietatis adversarius Hereticus Novati-

a Lib. 1.
 Epist. E-
 pist. 1.

b Lib. 3. E-
 pist. Epist.
 13.

c Epist. ad
 Nova-
 qian.

quis, qui non tantum ut in Evangelio significatum
 est, sicut Sacerdos vel Levites iacentem vulne-
 ratum prateriret, sed ingeniosa & nova crudeli-
 tate sauciaturum potius occideret adimendo spem sa-
 lutis, denegando misericordiam patris, respuen-
 do poenitentiam fratris. Mirum quot acerba, quot
 aspera, quot perversa sunt? Denique asserit (a),
 Novatianum caninam heresim, quae non nisi oc-
 cidere gestu, exercere: Novatianum autem, &
 discipulos ejus, non pastores, sed praedones & la-
 niones dicit: in quos detonat istud Ezechielis: b Ezech.
 O pastores quare lac ebibitis, & coagulatum co- 34.
 meditis, & forte ad nihilum perduxistis, & in-
 firmum non visitastis, & claudicantem non cu-
 rastis, & errantem non revocastis, & remisistis
 populum meum errare inter spinas & tribulos?
 (Quod fit, dum Confessarii indilcretè severi
 remittunt poenitentes in absolutos, hac liqui-
 dem duritie scimus plures desperabundos vitae
 licentiosae laxasse habenas) Propterea haec dicit
 Dominus: ecce ego veniam adversus pastores, &
 exquiram oves meas, & repellam eos ut non pa-
 scant oves meas, & non erunt eis amplius oves
 meae in devorationem. Haec S. Cyprianus de
 Novatianis: ante quos Montanus eandem ca-
 ninam heresim, ut S. Cypriani utar phrasi, ad-
 invenit: cujus Spiritu afflatus Tertullianus ne-
 gavit, recipiendos esse in Ecclesiam, qui in
 Mechiam essent prolapsi, teste Divo Hiero-
 nymo (c): addens, Montanistas generatim ad
 omne penè delictum Ecclesia obserasse fores.

a Idem ib.

b Ezech.

34.

c Epist. 54.
ad Mar-
cellam.

Q S

Hujus

Hujus sævæ ac perniciosissimæ hæresis causa existit *zelus indiscretus*, quò homines presumptuosi ac elati se constituunt communione peccatorum Censores ac Reformatores; & difficultate (aut etiam denegatione) obtinenda absolutionis ac reconciliationis, peccatores de terrore volunt à relapsu, & in concepto emendationis proposito confirmare. Hoc præsumptuoso zelo correpti severi isti pœnitentiam Ecclesiam ipsam ab errore ad pœnitentiam revocare attentant, teste S. Gregorio (a): *Quis inquit, se hæretici tenere lucem veritatis assumat, sanctam Ecclesiam, quasi in erroris nocte positam, ad diluculum veritatis vocat, quatenus & per cognitionem Dei, quasi per diluculum, surgat, & per precem pœnitentiæ peccata diluat.* Ecce hæresim zelo pœnitentiæ prognatam ac palliatam! ab errore ad pœnitentiam revocare, zelus videtur: at Ecclesiam deserere positam in errore, hæresis est. Eodem morbo infectus pœnitentiæ hostium durus Novatus, se ab Ecclesiæ communione subtrahit, quia Cornelius Papa fideles revertentes, qui tempore persecutionis à Decio excitati idolis sacrificaverant, ad pœnitentiam & communionem recipiebat: Novatus verò quia optabat Catholicos fortes & constantes esse in confessione fidei: visum est ei ut his qui in tormentis defecissent, etiamsi pœniterent, non esse impertiendam absolutionem, nec in communionem admittendos. En zelum fraudulentum! Quod optaret fideles non deficere, zelus

a In cap. 7.
Job. 22.

lus erat laudandus : quod indulgentiam pœnitentibus pervicaciter denegaret, *heresis canina*, dura, amara, atque à benignitate divina prorsus aliena.

Palliabant autem sævi isti pœnitentiarum zelum hæreticum variis scripturæ sententiis divinum rigorem ac severitatem erga peccatores, maximè relapsos, præ se ferentibus : habent enim sacræ litteræ haud pauca oracula severitatem Dei significantia, & pravis hominibus terrendis accommodata : habent quoque multa divinam clementiam commendantia, & pusillanimitatis spem & fiduciam addentia : hæc rigidi Novatores reservant sibi : illa peccatoribus in desperationis laqueos conjiciendis corradunt ac proponunt : abutuntur proinde divinis scripturis ad eum penè modum, quo Manichæi, de quibus hæc S. Augustinus (a) commemorat : *Vaniloqui & mentis seductores, adversantes litteris sacris, quas intelligere nolunt, eligunt ex eis aspera, quæ ibi leguntur, ad commendandam Dei severitatem : & de litteris Apostolicis & Evangelicis levia, quæ ibi leguntur ad commendandam bonitatem Dei : & apud homines imperitos hinc ingerunt horrorem, inde quaerunt favorem* : quandoque enim venenum molle condiunt, & feri lupi, fraudis dolique tegendi gratiâ, mansueti benignique agni pellem ac speciem induunt. Novatiani quoque gnaviter callebant fraudulentam scripturas ad severitatem detorquendi artem : negabant enim lapsos pœnitentiam postulantes, &, ut S. Cy-

a Eib. 1.
contra
adversar.
leg. &
Proph.
cap. 17.

a Epist. ad
Nova-
tiani.

prianus (a) ait, gloriosos, & Domino charos, & reconciliationem admittendos, ex illa Domini pronuntiatione qua ait: teste eodem S. Martine

Qui me negaverit coram hominibus, negabo eum coram patre meo qui in cœlis est. Prò dolor, exclamat Cyprianus, quid contra dominica præcepta contendunt, ut ea quæ Christus iudicium tempore sui acturus, hæc nunc stirps Novationis patris sui diaboli exemplum secuta, nunc exerceri conetur? & infra: Quanam est tua, Novatiane, dementia, ut illa, quæ ad exitium salutis pertineant, tantum legas, & quæ ad misericordiam prætermittas? Præmissis deinde variis exemplis & scripturis, quibus ostendit, nullatenus lapsi revertentibus pœnitentiam esse denegandam,

b Idem
ibid.

subdit: (b) Erubescere jam nunc, si fieri potest, Novatiane, desine argumentis tuis impiis incantare decipere, desine unius Capituli præscriptione terere. Legimus & adoramus nec prætermittimus cœlestem Domini sententiam, quæ ait negaverit, negantem, numquid & pœnitentem? Addit infra: Unde igitur? Etiam sceleratus, Etiam perditus, tam discordia furore vesanus extiterit iste Novatianus, invenire non possum, qui semper in domo, id est Christi Ecclesia, proximorum delicta ut propria fleverit, onera fratrum, sicut Apostolus hortatur, sustinuerit, lubricos in fide cœlesti allocutione corroboraverit. At nunc ex quo tantinam illam heresim, quæ non nisi tantum occidere gestit, exercere coepit, nec sibi novissimè parat. Ceterum si legisset, quia iustitia iusti non liberabitur.

berabit eum in die qua olim in cinere poeniteret ille, qui semper poenitentibus adversatur, qui in ruina facilius adificatorum stantium operatur, quam in instructione iacentium ruinarum, qui multos ex fratribus nostris miserimos falsis suis adversationibus perterritos, iterum sicut Ethnicos... O te impius scelestumque, haeretice Novatiane! Sic excipiendi sunt conscientiarum carnifices, animarumque crudeles laniones, in alios duri, dure & ipsi tractandi, imò penitus à fidelium communione ejiciendi, cum non nisi in miseritiorum peccatorum ruinam canina eorum haereticis tendat, dum aut poenitentiam prorsus denegant, aut onus ejus importabile reddunt: Dum quæstionibus variis (ut S. Augustini (a) verbis, etsi alia occasione prolatis, à Inpsa. 10 utar) & scrupulosis exagitant parvulos, & eos fidei lacte nutriti non sinunt. Quasi ergo dictum sit huic anima: Quare isti tibi dicunt; Transmigra in montem sicut passer? Quare de peccatoribus terreris, qui visentes derunt arcum ad sagittandos in obscura luna rellas corde? Respondet; ideo utique time derrent. (severis sacrae Scripturae sententiis sævisque poenitentiis) Quoniam quæ persecuti (unitatem Ecclesie, ejusque divinum poenitentiae Sacramentum) destruxerunt. Ubi nisi in conventiculis suis, ubi parvulos & interioris lucis ignaros, non lacte (suavis doctrinae Evangelicæ) nutriunt (ac jugum Christi suave, ac onus leve imponunt) sed venenis (severæ ac novæ doctrinae) necant. Sunt verò ista clanculariorum

riorum Novatorum perniciosissima terribilia
 menta, cum non aliò vergere queant, quam
 peccatores à pœnitentia abalienent, & forsitan
 tiam, ut potestatem Ecclesiæ ad remittenda pec-
 cata aboleant: in quos proinde S. Aug. (a) que-
 relam usurpo: *Miseri*, inquit, *dum in Petri*
petram non agnoscunt, & nolunt credere, da-
tas Ecclesiæ claves regni cœlorum, ipsi eas in
manibus amiserunt. Isti sunt, qui viduas, &
nupserunt, tanquam adulteras damnant, & supra
doctrinam Apostolorum se prædicant esse mi-
diore: qui nomen suum, si vellent agnoscere, mu-
danos se potius, quam mundos vocarent. Breviter
 Hieronymus (b): *Mundos se vocant, cum sint*
mnium immundissimi, negantes pœnitentiam pe-
quam peccata mundantur.

a Lib. de
 agon.
 Christian.
 cap. 31.

b In c. 14.
 Osea.

c Lib. 1. de
 pœnit. c. 2.

d Lib. 4.
 2.

Hic forsitan quispiam interrogabit: anne No-
 vatiani, de quibus hætenus nobis sermo præ-
 cipuè fuit, peccatores omni spe veniæ à Deo
 impetrandæ, voluerint exclusos? Nequaquam
 hoc solum negabant, eos ab Ecclesiâ ad recon-
 ciliationem esse admittendos, adeoque, quod
 S. Aug. (c) supra observavit, negabant datam Ec-
 clesiæ claves regni cœlorum, seu potestatem remitte-
 rendi peccata. Nam, teste S. Ambrosio, *Aiebant,*
se Domino deferre reverentiam, cui soli remitten-
dorum criminum potestatem reservarent. Ipsos
 interea lapsos ad plangenda peccata, ut eorum
 à Deo acciperent remissionem, serid horta-
 bantur, ut Divus indicat Cyprianus (d), apud
 quem hæc extant Novatianorum verba: *Nemi-*

nem putamus à fructu satisfactionis & spe pacis
 arcendum, cum sciamus juxta Scripturarum fi-
 dem, auctore & hortatore ipso Deo, & ad agen-
 dam pœnitentiam peccatores redigi, & veniam
 atque indulgentiam pœnitentibus non denegari.
 Respondet autem S. Martyr versipellis pœ-
 nitentæ præconibus : Atque ô frustranda fra-
 ternitatis irrifio ! ô miserorum lamentantium ca-
 duca deceptio ! O hæretica institutionis inefficax
 & vana traditio ! hortari ad satisfactionis pœni-
 tentiam (nota) & subtrahere de satisfactione me-
 dicinam : dicere fratribus nostris, plange & lach-
 rymas funde, (nota bene) & diebus ac noctibus
 ingemisce, & pro abluendo & purgando delicto
 tuo largiter ac frequenter operare, sed extra Ecclē-
 siam post omnia ista morieris. Quacunque ad pa-
 cem pertinent, facies, sed nullam pacem quam
 quaris, accipies, (hic in Ecclesia) Quis non sta-
 tim pereat ? quis non ipsa desperatione deficiat ?
 Quis non animum suum à proposito lamentationis
 avertat... Præcludere est, atque abscindere iter
 doloris ad pœnitendi viam, ut cum scripturis (a)
 Dominus Deus reuertentibus ad se pœnitentibus
 blandiatur, nostra duritiâ & crudelitate dum fru-
 ctus pœnitentiæ intercipitur, pœnitentiâ ipsa tolla-
 tur. Quod si invenimus à pœnitentiâ agenda ne-
 minem debere prohiberi, & deprecantibus atque
 exorantibus Domini misericordiam, secundum
 quod ille misericors & pius est, per sacerdotes ejus
 pacem posse concedi, admittendus est plangentium
 gemitus, & pœnitentiæ fructus dolentibus non
 negant.

a Lib. 2.
 cap. 15.

negandus. Et quia apud inferos dum confessio
est, nec ex homologesis illic fieri potest, qui ex
corde pœnituerint & rogaverint, in Eccle-
siam debent interius suscipi, & in ipsa Domino
servari, qui ad Ecclesiam suam venturus, de
vique, quos in ea intus invenerit, judicabit
postate verò & desertores, vel adversarii &
hostes Christi Ecclesiam dissipantes, nec si occisi
nomine ejus foris fuerint, admitti secundum
postolum possunt ad Ecclesie pacem, quando
spiritus, nec Ecclesie tenuerunt unitatem. Ex qua
bus omnibus dilucidè monstratur, Novatiani
pœnitentibus & satisfactiones pro peccatis
commendasse, nec veniam apud Deum negasse,
sed solùm per confessionem ac absolutionem ad
Ecclesiasticam communionem noluisse admitti.
quod ipsum apertè confessus est Acesius No-
vatorum Episcopus, de quo hæc commo-
morantur in historia tripartita (a). „ Cohitan-
„ tinus Imperator vocavit ad Synodum & A-
„ cesium Novatorum religionis Episcopum
„ Postquã ergo scripta, & subscripta est a Co-
„ cilio fidei definitio, requisivit Imperator A-
„ cesium, an & ipse consentiret in fide, & Pal-
„ chalis definitione festivitatis. At ille, nihil in-
„ quit, novi, ô Imperator, Synodus defini-
„ vit. Porro denuò Imperatore requirente, cur et-
„ go te à communionem separas? Ille. „ subtilita-
„ tem acerbissimæ regulæ deduxit ad medium,
„ quod non oporteat eos, qui post baptismum
„ peccant peccato, quod ad mortem esse Scri-
„ pturæ Divinæ pronuntiant, communicationem

Lib. 2.
cap. 13.

Sacramentorum fieri dignos: sed invitandos, quidem ad pœnitentiã; spem verò remissionis, non à Sacerdotibus; sed à Deo solummodo sustinere, qui potestatem habet peccata remittere. Hæc cum dixisset Acesius, Imperator, ait: O Acesi, pone scalam, & si potes, ascende, solus in cœlum. Eò ergò respiciebat ast⁹ Novatianorum, ut claves Ecclesiæ tollerent, & pœnitentiã, qua à solo Deo impetraretur criminum remissio, inducerent.

Hæresim istam Novatianam revocavit ab inferis vaferrimus Hæresiarcha Joannes Wicleff, variis cavillationibus impugnans potestatem absolventi ac retinendi peccata: nunc opponens ministerio absolutionis ignorantiam Sacerdotum, an pœnitentiã injuncta sit conformis gravitati peccatorum: an confessus sit contritus, aut in peccata confessus relapsurus: nunc Confessarios accusans de nimia erga pœnitentes lenitate, nunc de nimia severitate, nunc avaritiæ crimen eis objiciens; verbò, in omnem se vertit partem, ut onus Sacramentalis confessionis excuriat & absolutionem tollat. Proferam ex nostro Waldensi (a) Hæresiarchæ inania ac perfida cavilla & ad ipsa responsa: Igitur sic exorditur, ab objectione ignorantie contritionis, & proportionis pœnitentiæ ad gravitatem peccati.

Cavillationes perfidiæ Wicleff, quas ipse, loco rationum contra fidem Evangelicam confessionis involvit, cernamus: de sermone Domini in monte c. 3. Potest (inquit) ad hoc fieri evidentiã, quosdam movens. Nullus judex

P

, debet

a De Sacram. pœnit. c. 150.

,, debet ferre sententiam, nisi ipsam cognoscit
 ,, rit veritati (quæ divinæ sententiæ) concordat
 ,, re: sed nullus Presbyter audiens confessiones
 ,, nes, & pro peccatis injungens pœnitentiam
 ,, hoc cognoscit. Ergo cum hoc non sit fundamen-
 ,, tile ex Scriptura, vel ratione, videtur, quod
 ,, nullus Presbyter audiendo confessiones huius-
 ,, minum, debet pœnitentiam sic taxare. Hæc
 ,, Witleff. AUCTOR. Cavillatio ista videtur
 ,, tur contra taxationem pœnitentiæ facere
 ,, lum: sed contra absolutionem intendit. Ad
 ,, totam confessionis utilitatem: quia ubi
 ,, resūmit 4. dialog. ter damnati cap. 23. sic
 ,, guit. Nemo absolvens communiter scit quod
 ,, vedinem peccati confessi: sicut nescit, si con-
 ,, fitens sit contritus: & bene scit, quod ab-
 ,, solvendo super Christum tam frontosè ab-
 ,, solvetur, & pœnitentiam, cujus proportiones
 ,, ad peccatum ignorat, injungeret? Hæc W
 ,, cleff. AUCTOR. Iste obscurat lucem fidei
 ,, quia cæcus ipse non videt. Non est per eum
 ,, primò reperta fallacia, sed protensa. Augu-
 ,, stinus autem videtur ei satisfacere lib. de na-
 ,, tura boni citò post principium. Qualis autem
 ,, iniquus, & quanta pœna cuiq; culpæ debet
 ,, tur, divini judicii est, non humani: quæ utiq;
 ,, & cum conversis remittitur, magna est bo-
 ,, nitas apud Deū: & cum debita redditur, nul-
 ,, la est iniquitas apud Deum: quia melius ordi-
 ,, natur natura, ut iste doleat in supplicio, quàm
 ,, impune gaudeat in peccato. Hæc ille AUC-
 TOR

TOR. Jam arguat Wicleff, quomodo,,
 confessor absolveret, & pœnitentiam, cu,,
 jus proportionem ad peccatum ignorat,,
 injungeret. Ego respondeo cum Augusti,,
 no: quia qualis, aut quanta pœna cuique cul,,
 pa debeat, divini iudicii est, non humani.,,
 Quæ tamé conversis pro parte remittitur, &,,
 tunc magna bonitas est apud Deum: & pro,,
 parte injungitur, & nulla est iniquitas apud,,
 Deum, nec apud homines hoc taxantes: quib⁹,,
 ipse dixit: (a) Quorum remiseritis peccata, re,, *a Ioan. 20.*
 mittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta,,
 sunt. Iphis enim datæ sunt claves, de quibus,,
 non est in Ecclesia desperandum.,,

*Hactenus Waldensis. ex versutia ista Wicleffi
 colligimus, ipsum, cavillando circa taxationē pœ-
 nitentia peccatorum gravitati proportionata, Sa-
 cramentum ipsum pœnitentia fuisse molitū ever-
 tere. Subdit autem prudens ac salutare consilium
 Waldensis, pro pœnitentiariis nimium in pœnitenti-
 is taxandis anxius, peccatores vexantibus insolitis
 rigidisq; pœnis.,, Nos autem, inquit, dicamus,,
 quia qui iussit nobis remittere peccata homi-,,
 nū, ut sumus homines: ipse item noluit, quod
 ut Deus corda hominū scrutaremur, sed juxta
 divinam legem ut homines. Nec interest no-,,
 stra, utrum sit arbor bona, an mala quam coli-,,
 mus: sed bene discutiamus ad cognoscendam,,
 eam ex fructibus.,, Ergo fortè, nisi per praviam
 satisfactionem, ac melioris vitæ probationem con-
 stet Confessario de vera pœnitentia confitentis, re-
 mittendus erit inabsolutus: nequaquam: subdit e-*

Waldensis., & frequenter sicut sunt dete-
 riores, quàm possumus in externa confessione
 percipere: ita plerumque sunt de se meliores
 quàm valemus signorum exhibitione cogno-
 scere., Frustra ergo tam anxie quidam volunt
 interna conversione peccantium certificari per
 externa pœnitentia signa, cum peiores ea possint
 re, & meliores ommittere. Et his subvertitur
 Witcleffi cavillum (a), quò dicit: prius Con-
 fessores debere habere signa absolutionis à Do-
 mino, quàm declarantur absoluti in populo. Con-
 versio cum tradita ex S. Augustino à Waldensi do-
 cetrina, de non nimis anxie expiscanda pœni-
 tentium interna conversione, sententia Pon-
 tificis Cœlestini I. ita scribentis in epistola ad
 Episcopos Gallia (b) Cum conversus ingenuerit
 tunc salvus eris. Cum ergo Dominus sit in speculo
 cordis, quovis tempore non est deneganda pœni-
 tentia postulanti, cum ille se obliget iudici (Nemo
 cui occulta omnia noverit revelari.

a Apud
 Walden.
 loc. cit.

b Cap. 2.
 An. Dom.
 428.

*Cavillatio Witcleff contra sacramen-
 talem confessionem, quod Confessor ignoret re-
 cidivationem confessi: & responsio Waldensis
 Carmelita. De Sacram. pœnit. cap. 151.*

„ Terum arguit Witcleff c. 3. de serm. Dom.
 „ in monte. Regulariter talis Confessor, si
 „ cut ignorat, si suus confessus dicit veritatem,
 „ seu conteritur, vel mentitur, ita ignorat ejus
 „ recidivationem, damnationem, vel ordina-
 „ tionem Dei super vita ejus, & cum super
 isto

isto dependet absolventis iudicium, videtur,
 quod sit blasphema usurpatio confessorum,
 sic absolvere. Hæc ille. AUCTOR. Quo ad
 hoc quod ignorat *recidivacionem* confessor,
 parum interest. Sed quid si de certo cogno-
 scat? an non præcognovit lapsum Petri, & *re-
 cidivacionem* Apostolorum ad infidelitatem,
 Christus peccatorum indultor, quando pur-
 gavit eos in sacra cœna (a), dicens: jam vos a Ioan. 13.
 mundi estis, sed non omnes: proditorem de-
 signans? & numquid purgare omisit Petrum
 per adventum Spiritus S, quia non ignoravit,
 sed scivit Petrum *recidivare* debere in repre-
 hensibilem pravitatem observationis legali-
 um? Numquid videtur sibi jam blasphema
 usurpatio Christum præcipuum confesso-
 rem sic absolvere confitentem? An non præ-
 supposebat Christus *recidivaciones plurimas*,
 fratris nostri in nos, quibus in persona Petri
 mandavit, ut dimitteremus peccata usque se-
 ptuagies septies? sed hoc eius motivum con-
 fregit Augustinus in casu cujusdam Donati-
 stæ ad pœnitentiam confugientis Ecclesiæ:
 quem tamen Clerici fideles voluerunt abjice-
 re: quia *recidivam* ejus habuerunt suspectam.
 In sermone de Apostolis Petro & Paulo, ter-
 tia parte, qui incipit: Recens sancti Evan-
 gelii. AUGUSTINUS, Contristavit nos,
 quod audivimus, quamvis præsentibus non fue-
 rimus: quod quidam ex Donatistis veniens ad
 Ecclesiam, peccatum rebaptizationis confi-
 tens, cum ad pœnitentiã ab Episcopo exhor-

,, taretur, reclamatum est à quibusdam
 ,, tribus, & repulsus est. Dico charitati vestre
 ,, torta sunt ex hoc viscera mea: fatemur vobis
 ,, non nobis placet talis diligentia. Scio quod
 ,, zelo D E I fecerunt, & Ecclesie.
 ,, quitur. Veniant, admittantur more solito
 ,, qui numquam adhuc Catholici fuerunt,
 ,, autem jam Catholici fuerunt, & inventi sunt
 ,, inconstantes, & infirmi, & inventi perfidi
 ,, numquid parco prorsus perfidis? forte erunt
 ,, fideles, qui perfidi fuerunt. Veniant &
 ,, admittendi ad pœnitentiam: nec sibi blan-
 ,, dentur, quod redeunt ad partem Donati
 ,, gerunt pœnitentiam. Illa pœnitentia fuit
 ,, de re bona: hæc vera, de re mala. Quando
 ,, gerunt pœnitentiam in parte Donati: per-
 ,, tuit illos, qui bene fecerant. Modò agant
 ,, pœniteat illos, quod malè fecerant. Tim-
 ,, tis, quod perfidi inventi sunt, ne sancti con-
 ,, culcent? ecce & huic timori vestro con-
 ,, tur, si in pœnitentiam admittantur. Erunt
 ,, pœnitentia quando voluerint conciliari
 ,, nemine cogente, nemine terrente: quomodo
 ,, pœnitens Catholicus jam legum communi-
 ,, tiones non paritur. Cœpit velle reconciliari
 ,, dum nemo terreret: vel tunc credatur volen-
 ,, ti: Puta coactus est esse Catholicus: erit pœ-
 ,, nitens. Quis illum cogit petere reconcilia-
 ,, tionis locum, nisi voluntas propria? Modò
 ,, ergo admittamus infirmitatem, ut postea
 ,, probemus voluntatem. Hæc ille AUG-
 ,, TOR. Augustinus ecce sanctus Præsul

parcit inconstantibus infirmis, nec inventis,
 perfidis, imò nec prorsus perfidis quin,
 suscipiat eos per pœnitentialem formam,
 ad Ecclesiæ communionem: etiam nec
 pœnitere coactum, vel attritum: unam,
 semper causam pietatis obtendens. Forſan e-
 runt fideles, qui perfidi fuerunt usque ad-
 huc. Ecce angustia tua de recidivantibus vin-
 eitur.

*Comparat deinde Waldensis Confessarios, pœ-
 nitentes leuiter ac dure dimittentes inabsolutos
 Phariseis Indæ respondentibus: quid ad nos?
 Tu videris. Sic loquitur Wicleffistis, cum san- a Lib. 2. ad
 cto Ambrosio: Quæ vox alia vestra est, cum pœnit.*
 etiam minoris peccati reus (quàm Iudas) vo-
 bis factum proprium confitetur? quid re-
 sponderis aliud nisi hoc; Quid ad nos? Tu
 videris. Hunc sermonem sequitur laqueus
 eò feraliore pœna, quò culpa est minor. *Re-
 cte docet Waldensis: inhumanam pœniten-
 tium tractationem sequi laqueum desperatio-
 nis: scimus enim quosdam peccatores per
 Confessorum, verius lanionum, indiscretam
 severitatem desperabundos omni nequitiæ paras-
 se laxare habenas: de quibus tamen crudeles
 Reformatores tumide respondent: Quid ad nos?
 ipsi viderint.*

Præmiserat quædam huc spectantia Wal- b Cap. 16
 densis (b), quæ dictis hic attexo., Nihil no-
 bis cum hæreticis, qui tot vepribus vias,
 sepiunt, ne remissionem peccatorum fide-
 les obtineant. Certi sumus verum esse,

222 Hydræ prophan. Novit.

quod lib. de vera & falsa pœnitentia cap.
 AUGUSTINUS dixit. Omnem
 mam ille promissor saturavit bonis
 iam sedentes in tenebris , & umbra mor-
 nullam excipiens animam. Hunc mag-
 strum intellexerat discipulus ille , qui
 rinthios per epistolas suas voluit corrigere
 & ut ipse testatur, ter in libris eorum

a 2. Cor. 13

suos eos (a) correxit. Oportebat enim
 quoties videbat eos cadere , toties jurare
 surgere. Memor enim erat illius, qui dicitur

b Ioan. 20.

rat (b). Quorum remiseritis peccata, remittentur eis.

Math. 18.

Scimus autem & primos Patres
 & in omni tempore , Ecclesiam Dei semper
 usque in septuagies septies peccata dimittentem
 quam potestatem & isti ab Ecclesia auferre
 conantur. Oportet enim Ecclesiam sic con-
 dere, quæ confitetur se peccare (*Et usque
 frequenter, usque in septuagies septies recidit
 re.*) Hæc ille. AUCTOR. Ad Augustinum
 dicat cavillator Wicleffsi audeat , Paulus
 ter Corinthios corrigere attentabat, remittendo
 eis peccata auctoritate illa Christi. Quorum
 remiseritis peccata, &c. Sic deinceps in omni
 tempore per Ecclesiam Patres usque ad septuagies
 septies peccata dimittunt. Cur tu dicis eos blasphemare
 Deum , qui peccata dimittunt, & non esse hanc
 potestatem Ecclesiæ, sed prædicare Dominum
 minimum dimissorem? Christo Domino econtra
 trario clamante: Quorum remiseritis, &c.

Et Augustino quærente de vobis, & patri-
bus vestris Novatianis Hæreticis, quòd
potestatem istam dimittendi peccata, quam
à Paulo deinceps per omne tempus, & semper
Patres Ecclesiæ exercebant, ab ea auferre co-
namini. Oportet (inquit Augustinus) sic
Ecclesiam credere, quæ confitetur se peccare.

Concludo cum Waldensi. (a) His pensatis, ^{a Cap. 111.}
non turbetur fidelis à sine pœnitentialis con-
fessionis, & absolutionis Sacramentalis,
propter illam, quam jam Wicleff objicit,
multiplicem ignorantiam Sacerdotis de præ-
scientia passiva, *de recidivazione, de duplici ta-*
te confessi, de diminuta discretione &
omni mentis constantia auctoritati solidissi-
mæ sanctarum claviarum Ecclesiæ se commit-
tat: omnes ambages repellat virorum erran-
tium, & volentium dicere Sacerdotes Ca-
tholicos cum Pharisæis Judæ respondētibus,
Quid ad nos? tu videris. Et ne suscipiamus,
incautè præscitum, consulunt abjicere præ-
destinatum. Scimus enim ex fide, Claves
Petri esse certissimas. Idcirco in libro de
pœnitentia, & assumit Beda (b) exponens ^{b Tom. 4.}
hunc textum Apostoli, 1 ad Corinth. 12. Ne
iterum cum venero &c. **AUGUSTINUS.**
Fac incertum esse, utrum ignoscat Deus,
quid perdit, cum supplicat Deo, qui salutem
perdere non dubitaverit, cum offenderit De-
um. Quis enim certus est etiam, quod Im-
perator ignoscat? Et cum pecunia fundi-

„ tur, maria transeuntur, procellarum ince-
 „ ra subeuntur: Ut mors, & pœnæ evite-
 „ tur, mors ipsa suscipitur. Supplicatur de-
 „ inde per homines homini, sine dubitatione
 „ ista fiunt, cum sit dubium, quo sine per-
 „ niant. Et tamen certiores sunt Claves Ec-
 „ clesiæ, quàm corda Regum, quibus Claves
 „ bus quodcumque in terra solvitur, etiam
 „ cœlis solum promittitur. Et multò et
 „ honestior humilitas, quàm quisque se humilia-
 „ Ecclesiæ Dei, & labor mitior imponitur,
 „ nullo temporalis mortis periculo mors-
 „ terra vitatur. Hæc ille. AUCTOR. Re-
 „ cit Deus, quod occurrat, quò necesse habet
 „ mus solvere versutias inimici. Ad quid vo-
 „ lat iste processus Beatissimi Augustini, nisi
 „ ad satisfaciendum illis, qui hæsitant de re-
 „ missione peccatorum per Claves Ecclesiæ,
 „ & dicentibus incertum esse, si Deus remittat,
 „ sicut Sacerdotes promittunt? *Subd.*
 „ *infra.* „ Dimitte ergò incertum Witelessi,
 „ & assume certum Ecclesiæ, sumens hoc
 „ num pro certissimo certo, quod certiores
 „ sunt Claves Ecclesiæ, quàm corda Re-
 „ gum, quibus quodcumque in terra solvitur,
 „ in cœlis solum promittitur, secundum Au-
 „ gustinum. Ubi etiam recole, quod supra
 „ dixi, quod sententiam cœli prævenit senten-
 „ tia Petri.

Hanc Waldensis doctrinam sanam &
 Catholicam attentâ mente perpendant, ni-
 mium

mium quidam scrupulosi pœnitentiarum, facile
 ambigentes circa absolutionem confitentium
 peccatorum, quique eos ista volunt præstare
 priusquam absolvantur, quibus certi sint,
 peccata jam à Deo esse remissa, quasi ambi-
 gerent de certitudine Clavium Ecclesiæ, vel-
 lentque quod *sententia cœli præveniret senten-*
tiam Petri. Alio demum loco asserit Wal-
 denfis, (c) cū impiis Judæis sentire, qui *recidi-* aCap. 152.
vantibus denegant absolutionis beneficium. „
 Similiter, *inquit*, impii Judæi in hanc despe- „
 rationis abyssum peccatores suos impellunt, „
 si *recidivare* contingat usque in quartum. „
 Non solum dico, quod hoc observabant „
 antiquitus, imò quod usque tempora nostra „
 docent: prout lib. I. cap. I. de causa Dei „
THOMAS BRADWARDINUS. „
 Quærenti mihi (inquit) à quodam perito „
 Judæo: si contingat quemquam inter eos „
 quarto peccare, quid tum agat? Respon- „
 dit, quod quicquid libuerit, sit certissimè „
 diabolo traditus & damnatus: & tandem „
 fortassis in aliquo nemore, aut deserto vaga- „
 bitur errabundus: & aliquâ se misera morte „
 perdet. „ Ecce conscientiarum carnifices „
 quò abducant vestra erga *recidivantes*
 crudelitas? Ad temporalem ac
 æternam perniciem.

*Accusatio Witleff contra Catholicos
Confessores : de levitate ac lenitate
nimia in injungendis pœnitentiis : et
responsio Waldensis Carmelita; Tom.
2. de Sacram. pœnit. cap. 152.*

„ Similiter (inquit Witleff) cap. 3. de le-
„ mone Domini in monte. Nemo debet
„ præsumptivè dare audaciam peccatori : Sed
„ sic faciunt communiter confessores : Ergo
„ ista ars absolvendi est fideliter fugienda.
„ Quis, rogo, timeret rapere bona proximi
„ sui, prodere suum Dominum, vel peccatum
„ similia facere, si crederet simpliciter, quod
„ propter illud peccatum non subibat majori
„ rem pœnitentiam, quàm Confessor suus
„ injungit ? Hæc Witleff. AUCTOR.
„ Hanc argutiam traxit Witleff non à lege
„ Christi vel libris fidelium, sed à garrulibus
„ Paganorum & Judæorum perfidia. Ultra
„ que enim Gens per hanc formam concertat
„ contra confessionem Ecclesiæ, & pœnitenti-
„ tiam salutarem. Respondet autem singu-
„ lis prima parte sermonum, serm. 17. verius
„ finem AUGUSTINUS. dicens : Solent
„ inde Christianis pagani insultare de pœni-
„ tentia, quæ instituta est in Ecclesia : contra
„ nonnullas hæreses tenuit Ecclesia Catholi-
„ ca istam veritatem de agenda pœnitentia.
„ Fuerunt enim, qui dicerent, quibusdam pec-
catis

catas non esse dandam pœnitentiam, & ex-
clusi sunt de Ecclesia, & Hæretici facti sunt.
In quibuscumque enim peccatis non perdit
viscera misericordiæ Mater vera. Ergo so-
lent inde etiam pagani quasi insultare nobis,
nescientes quid loquuntur: quando ad ver-
bum Dei, quod linguas infantium fecit di-
sertas, nondum pervenerunt. Vos (inquiunt),
facitis ut peccent homines, qui illis promit-
titis veniam, si egerint pœnitentiam. Dissol-
utio est ista, non ammonitio. In hanc sen-
tentiam exaggerant verba quantâ quisque
potest linguâ, vel sonanti, vel titubanti non
tacent, non tamen quando eis loquimur,
etsi vincuntur, consentiunt. Tamen quo-
modo vincantur, breviter accipiat charitas
vestra: quia totum Domini misericordia
optimè constituit in Ecclesia sua. Dicunt
nos peccatis dare licentiam: quia portum
pœnitentiæ pollicemur. Si clauderetur
aditus pœnitentiæ, nonne ille peccator tan-
tò magis augetur peccata peccatis, quantò
magis desperaret ignosci? Diceret enim sibi:
Ecce peccavi, ecce scelus admisi: Jam mihi
veniæ nullus locus est: Pœnitentia infru-
ctuosa est: damnandus sum. Quare non jam
vivo ut volo? Quia ibi non inveniam cha-
ritatem, hic saltem pascam cupiditatem.
Quare enim me abstineam? Ibi mihi locus
omnis clausus est: hic quicquid non fecero,
perdo, quia vita, quæ post hanc vitam fu-
tura,

tura,

„tura est, non dabitur mihi. Quare ergo non
 „servio libidinibus, ut impleam, & saturem
 „& faciam quicquid non licet, sed libet? De
 „ceretur ei fortassis: si miser capieris, accule-
 „beris, torqueberis, punieris. Sciunt illi
 „homines mali ab hominibus dici; ut inter
 „homines se vivere attendunt: multos male
 „& sceleratè viventes impunita habere pec-
 „cata: occultare possunt, quæ redimere non
 „possunt, ducentes usque in senectutem vi-
 „tam lascivam, blasphemam, sacrilegam,
 „perditam. Enumerant sibi: Quid ille, qui
 „tantà fecit, non senex mortuus est? Num-
 „quid attendit illum ideò peccatorem, &
 „sceleratum, senem mortuum: Ut ostenderet
 „in illo Deus patientiam, expectans peni-
 „tentiam? Et infra. Quomodo enim revera
 „auget peccata, qui desperaverit, sic potest
 „augere peccata, ut qui veniam speraverit; ut
 „dicat sibi: faciam: Deus bonus est, quando
 „me convertero, ignoscet mihi. Sequitur
 „finaliter. Ecce ad utrumque vigilavit pro-
 „nobis providentia Dei: ne augeamus de-
 „sperando peccata, propositus est pœnitentiæ
 „portus. Rursus ne sperando augeantur,
 „datus est dies mortis incertus. ¶ Hæc ille.
 „AUCTOR. Patetne jam in littera Augu-
 „stini, quòd cum paganis contraxit Wircleff
 „societatem iniquam militans cum eis, ut at-
 „gumenta eorum assumens sibi contra con-
 „fessionem Ecclesiæ, imponens ei, quod det

peccatori audaciam delinquendi, qui veniam, pollicetur, si petat. ,, *Ecce, Hæretici cum paganis impugnant Confessionem Sacramentalem, quia perperam sibi imaginantur, inde peccandi augeri licentiam, unde peccatores criminum sperant veniam: quibus pœnitentia hostibus accensendi veniunt severi quidam pœnitentiarii, qui insolitis pœnalitatibus peccatores affligunt, eò quod sibi aliisque persuadeant, leviores & usitatas pœnitentias præbere ansam liberius delinquendi, non advertentes, aut advertere nolentes, hæc viâ pœnitentiam impediri, & peccandi latam portam aperiri: eodem enim tendunt, servatâ proportione, negare pœnitentiam, quia inde datur peccandi licentia, ut Hæretici cum Paganis blasphemant; & Sacramentum pœnitentie inhumanis aggravando satisfactionibus, reddere importabilem conscientiarum carnificinam, quia, ut severi pœnitentiarii dogmatizant, levitas pœnarum, est occasio iterandarum culparum. Dicunt enim sibi peccatores crudeliter à Pœnitentiariis tractati: Quia ibi non invenio charitatem, ut misericorditer admittar ad pœnitentiam & absolutionem, hic saltem pascam cupiditatē. Sed hos indiscretè severos doceamus cum Waldensî misericordiam & iudicium, lenitatemque miscere severitati.*

Audies ex libro 9, *Moralium* cap. 22. textu Job: Sciens quod non parceres delinquenti, loqui GREGORIUM. An pœnitenti parcit, & delinquenti non parcit? Quia
cum

„ cùm delicta plangimus, nequaquam jam de
 „ linquentes sumus. Sed quid est, quod Pe
 „ trus, cùm negat, respicitur : & Redemptio
 „ nis negati respectu ad lachrymas vocatur
 „ Quid, quod Paulus cum Redemptoris
 „ men in terra conaretur extinguere, ejus
 „ ba de cœlo meruit audire ? Sed tamen cu
 „ pa in utroque punita est : quia & de Petro
 „ teste Evangelio, scriptum est : Recordamur
 „ Petrus verbi Jesu, egressus foras, flevit
 „ marè. Et de Paulo hæc eadem, quæ hinc
 „ vocavit veritas, dicit : (a) Ego ostendam
 „ ei, quanta eum oporteat pro nomine meo
 „ pati. Delinquenti ergò Dominus nequa
 „ quam parcit, quia delictum sine ultione non
 „ deserit. Aut enim ipse hoc homo in se pe
 „ nitens punit, aut hoc Deus cum homine tri
 „ dicans percutit. Nequaquam ergò parci
 „ tur peccato : quia nullatenus sine vindicta
 „ laxatur. Hæc ille. AUCTOR. Ecce et
 „ ore S. Job, Deus non parcit delinquenti : &
 „ quodcumque delictum sine ultione non de
 „ serit, qui ut justitiæ satisfaceret, ipse Deus
 „ existens, in hanc carnem descendit, ut penas
 „ peccatorum, quas homo æger non posset
 „ ipse persolveret. Perpende tamen, quod
 „ Deus, qui sine ultione reatum transire non
 „ sinit, ipse etiam cùm ad condignum non
 „ plectit, parcit. Simul enim adultera (b) gra
 „ vem pœnam de suspensione judicii pertulit,
 „ & de publica confessionis accusatione tur
 „ borem

a Act. 9.

b Ioan. 8.

borem, & postmodum de Salvatoris mise-
 ricordia levitatem. Hoc item exemplo jam,
 penè rubore confectis, & per seipso pœna-
 rum extortione mulctatis, misericorditer,
 Confessores parcunt, & tamen aliquid Ec-
 clesiasticæ severitatis imponunt: aliis au-
 tem misericordius sæviunt, quos in peccato-
 rum defensione protervos, aut de criminis,
 excessu tepidè vident esse compunctos. Nec,
 unus igitur pœnitentiæ modus est omnibus:
 nec eadem misericordia singulis, ut fallax,
 Witcleff interpretatur Salvatoris exemplum,
 (a) *(de adultera sine injuncta pœnitentiâ ab-*
soluta.), Sed nec palpator criminum Con-
 fessor accusandus est, cum ex compassione,
 pepercerit, nec crudelis, cum monente ju-
 stitiâ pœnitentiam aggravat: quia sive sic,
 sive sic, Christi minister est, hoc attendens,
 quod dixit: Vade, jam amplius noli peccare.
 Unde in Epistola ad Macedonium AUGUS-
 TINUS. Ne delictorum non accusator, sed,
 approbator videretur: Vade, inquit, jam de-
 inceps noli peccare: ut se homini pepercisse,
 non hominis culpam sibi placuisse monstra-
 ret. Jam vides igitur de Religione de-
 scendere, nec nos societate criminum obstrin-
 gi, quod intercedimus plerumque etiam pro
 sceleratis: etsi non scelerati, tamen pro pec-
 catoribus intercedimus peccatores. Hæc il-
 le. AUCTOR. Favor igitur spiritualis,
 quem confessis suis, sive parcendo, sive in-

a IOAN. 8.

Q

terce-

„ tercedendo, vel fovendo vice Christi Con-
 „ fessores *impendunt*, non est iniquitatis con-
 „ sensus: sed ex Religione descendit. „ *Paulus*
 „ *inferius.* „ Ecce mi Witleff, si levis peni-
 „ tentia est culpanda; quæ credis est levis
 „ quàm pœnitentia Christi, quàm ipse (ut
 „ recitasti) signavit adulteræ: Vade, & i-
 „ amplius noli peccare? „ Et iterum 200

a Tom. i.
 cap. 8.

„ veterem lib. 2. de pœnitentia versus finem
 „ AMBROSIUM. (a) Condoleamus, in-
 „ quit, peccatoribus affectu interno. Ha-
 „ enim summa virtus, quia scriptum est: &
 „ non gaudebis super filios Juda in die per-
 „ tionis eorum: & ne magniloquaris in die
 „ tribulationis eorum. Sed quotiescumque
 „ peccatum alicujus lapsi exponitur, compe-
 „ tiar, nec superbè increpem: sed lugeam
 „ & defleam: ut dum alium fleo, meipsum
 „ defleam: dicens: justificata est magis Tho-

b Gen. 38. „ mar, (b) quàm ego. Fortasse adolescentia
 „ lapsa sit occasione: quia delictorum fo-
 „ mite fuit decepta, ac præcipitata.

„ Peccamus seniores, repugnât in nobis
 „ lex hujus carnis, legi mentis nostræ, & tra-
 „ ptivos nos in peccatum trahit, ut faciamus
 „ quod nolumus. Illi de ætate suppetit excu-
 „ satio: mihi nulla. Illa enim debet discere
 „ nos docere. Ergò justificata est magis Tho-
 „ mar, quàm ego. Incusamus alicujus avari-
 „ tiam: recordemur si nihil ipsi avarè facimus.
 „ Et si fecimus: quoniam radix malorum est

avaritæ

avaritia : & tanquam sub terra occultè in no-
stro serpit corpore : dicamus singuli : Justifi-
cata est magis Thamar : & recordatus suam
esse culpam , ait : Justificata est magis Tha-
mar , quàm ego . Si commoti fuerimus in
quemquam graviter , causam leviozem lai-
cus habet , quàm Episcopus , eò quod com-
motius aliquid egerit . Retrahemus no-
biscum , & dicamus : Justificata est magis
iste , qui commotionis arguitur , quàm ego .
Sequitur . Non ergò erubescamus dicere
graviozem culpam nostram esse , quàm ejus
quem arguendum putamus : quia dixit hoc
Judas , qui arguebat Thamar : & recordatus
suam esse culpam , ait : Justificata est
magis Thamar quàm ego . Hæc ille
AUCTOR . Quantum putas criminis im-
perrasset hostis noster Ambrosio , si Sanctum
Patrem legisset non parcentem pœnitenti
tantum , sed condolentem confessis suis , &
compatientem ad tantum , ut eos sibi in ju-
sticia vitæ præferre studeret . Contra hanc
pietatem Ecclesiæ iterum hostis oblatrat
artem sibi reperiens contra aditum veniæ :
Tractatu de confessione , cap . 5 . Breviter (in-
quiens) cautela diaboli , & istud medium
sunt ad omnia genera criminum inductiva
..... Hæc Wicleff . **AUCTOR** . Parce
ô Wicleff : & super fragiles homines mi-
tesce paulisper . Severitas est hæretica sic
in fratres tuos crudescere , & ex ejus invi-
dia

Q 2

dia

a Matth.

26. Psal. 5.

dia pullulans, qui accusator est fratrum
 nostrorum, & accusare eos studet. Soli
 citè, inquam, ipse te docuit dicere, con-
 sensum esse crimini; criminationibus, &
 calumniis hominum non insistere die ac no-
 cte. Ipse te docuit, non Christus Jesus.

b De Sa-
 cram. pœ-
 nit. cap.
 149.

Alio loco idem Waldensis (a) ita scribitur
 presens intentum admonens, ac terrens severi-
 nimis Confessores. Summopere cavendum
 est, ne Prælati, in restringendo casus sub-
 ditorum nimis inveniatur difficilis. Melius
 est de nimia benignitate, quàm de excessi-
 va severitate reddere rationem, ait Chry-
 sostomus. Et si quis videret fratrem suum
 necesse habere temporalis impendii, & clau-
 serit viscera sua ab illo, non habet charita-
 tem Dei in se, juxta Joannem. Qui clausit
 à fratre suo patiente, & petente regnum
 cælorum, occasionem timoris prætendens,
 perdendo talentum Domini sui, si ponere-
 tur ad mensam, quomodo non convince-
 tur perditæ charitatis? De magno Prælate
 jam nuper excedente verbum relinquitur:
 quia in aliis cùm erat & clemens, & dapilis,
 tamen in absolutionibus pœnitentiũ admo-
 dũ renax, & ipse sine absolutionis beneficio,
 quod forsitan optavit, repenti migravit. Id-
 circò salubriter consulit in fine libri de visi-
 tatione infirmorum AUGUSTINUS
 (c) dicens: Quis, ô bone Jesu! demi-
 sericordia tua desperare poterit? Dico
 itaque omnibus, dico tandem confiten-
 tibus,

c Tom. 9.

tibus, dico confessis consulētibz, ne confessi,
desperent, ne Sacerdotes post mortem a-,,
liquos lugeant: imò cum suo Jesu dicant: „
(a) Solvite eum, & sinite abire. Melius,, ^{a Ioan. 20:}
est enim ut talis profit, vel non noceat abso-,,
lutio, quam obsit indiscreta ligatio. Hæc,,
ille.,

Quam immane ab hac Confessatorum be-
nignitate, sumpta ab exemplo pii & benigni
Jesu, distate eorum severitas, qui à fratribz
petentibus regnum cœlorum, mediò bene-
ficiò absolutionis à peccatis, claudunt visce-
ra charitatis & compassionis, prætendentes
scrupulosè timorem relapsus, ac defectum
contritionis, ideoque istorum Magistri non
dicunt cum suo Jesu: (b) *Solvite eum, & si- b Ioan. 20:*
nite abire: sed, super dolorem vulnerum pec-
catorum addentes, gravate, inquit, eos ri-
gidis pœnitentiis, & pœnitentiis ac peccatis one-
ratos ac ligatos dimittite: non curantes moni-
tum salutare ac Christianæ benignitatis datum
ab Augustino: Melius est ut profite, vel non
noceat absolutio, quam obsit indiscreta ligatio.
Verum hi meritò timeant, ne, uti tenax ille
Prælati in absolutionibus pœnitentium, de
quo Waldensis, & ipsi sine absolutione, quàm
forsan in fine vitæ optabunt migrent repentè
ad infelicem æternitatem: quâ enim mensurâ
ipsi metiuntur proximos, & Christus me-
tieretur eos! Metuant proinde & Christi sen-
tentiam, quam fulminavit in iramisericordem

Q 3

servum

Matth. 7. servum erga suum confervum (a) *Serve*
quam omne debitum dimisi tibi, quoniam rogavi
me: nonne ergo oportuit & te misereri confervum
tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus
dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoad
que redderet unversum debuum. Igitur
 quod ubi non vis fieri alteri ne feceris, o rigide
 & indiscretè Confessor: & mecum regredere
 ad Waldensem, ut discas erga miseros & fr
 giles peccatores Christianam exercere co
 mentiam. (b)

b. De Sa-
 cram.
 pœnit. cap.
 157.

„ Sed dicit adversarius libello de confesso
 „ ne capite illo quarto. Non dubium, quod
 „ Deus nollet, quod Sacerdos suis injungeret
 „ pœnitentiam, nisi ejus quantitatem, & qua
 „ litatem sibi ostenderit. Unde cum Sacerdos
 „ res absolventes hoc sæpè nesciunt, imò si ha
 „ pœnitentia confesso suo profuerit, vel fu
 „ rit voluntati Dei contraria, videtur, quod
 „ Deus non regulariter approbat talem pœni
 „ tentiam sic injunctam. Hæc Wiclef
 „ AUCTOR. Quantum ad pœnitentiam in
 „ junctam à Sacerdote regulariter sic prodell
 „ vel sic, regulam non habemus, nisi Christi
 „ dicentis Ecclesiæ ministris: Quicquid sol
 „ veritis super terram, erit solutum & in cœlis
 „ & quorum remiseritis peccata, remittentur
 „ eis. Hæc est regula Christiana, hæc norma
 „ fidei est: Quisquis huic regulæ adversus est
 „ fidei hostis est, perfidus est. Quantū autē ad
 „ notitiā quantitatis, aut qualitatis delicti, hoc
 scia

scio exigit æquitas judicantis: Sed frequenter,
 minorem pœnam pro majori delicto injun-
 ctam multum prodesse facit Dei gratia mise-
 rantis: qualiter declarat libro secundo de Sa-
 cramentis, parte 14. cap. 3. HUGO. Quomo-
 do, inquis, certus esse possum de venia pro-
 pter pœnitentiam, & satisfactionem ab ho-
 mine injunctam: & si illam studiosè com-
 plevero, cum ille ipse homo, cui peccata mea
 confiteor, sæpè aut ignorantia nesciat, aut
 negligentia non consideret qualem mihi se-
 cundum modum & mensuram delicti debeat
 satisfactionem injungere? Ad hæc tibi brevi-
 ter respondeo: quod si homo nescit, Deus scit.
 Tu tamen fac quod tibi præcipitur, obediens,
 esto in eo, quod tibi jubetur. Videat Deus de-
 votionem tuam, etsi homo nõ condignè mo-
 deretur afflictionem tuam. Perire non pote-
 ris, si devotus fueris inventus. Sed decipior,
 inquis, putans me satisfecisse, cum satis non
 fecerim. Ille mihi injunxit, ut tantum face-
 rem: & non amplius mihi præcepit. Ecce
 totum perfeci; & non satisfeci. Sequitur.
 Nec dico ut desperes: etiam si hoc contingat,
 ut homo, qui exterius curandis vulneribus
 peccatorum medicamentũ apponit, aliquid
 minus sufficiens tribuat: sæpè quod minus fo-
 ris agitur, efficacius intus operatur. In parvo
 opere magna devotio esse potest. Homo vi-
 det in facie: Deus autem intuetur cor. Hæc
 ille. AUCTOR. Falsè igitur nos Wicleff,

„ terret, ne de gravitatibus criminum arbitri-
 „ mur : dicente tota antiquitate Scripturæ,
 „ Patrum Ecclesiæ : quod juxta qualitatem,
 „ quantitatem delicti : aut iteratas vices sol-
 „ vant pœnas, qui peccant, ut Magister decem
 „ vit Ecclesiæ Christus, vel qui præest vice episcopi
 „ Sacerdos. Sed circa gravitatem pœnæ me-
 „ tæ qualiter adæquare possit culpam ad pun-
 „ ctum : ita ut nec in puncto excedat : nec
 „ cedatur ab ea, sicut est solius Dei nosse, in-
 „ judicare alienum ab homine subtilitates ta-
 „ les, atque talia secreta, sunt lucis inaccessibi-
 „ lis. Nec ideo tamen humanum judicium
 „ tui debet à toto : quia ad momentum mo-
 „ ris, & magni judicii horam monemur
 „ exercere vigilias, non illa tantum hora explo-
 „ randa, quàm scire non possumus : sed pro
 „ la cavenda, totius temporis præcurrentis vi-
 „ giliantia. Ad praxim verò, sicut in operatio-
 „ ne virtutis non est sollicitè exquirendum
 „ medium secundum rem, sed secundum ratio-
 „ nem : quia hoc signare supergreditur ratio-
 „ nem : ita in ponderando gravitates pœnarum,
 „ & criminum, non erit Sacerdos sollicitus se-
 „ cundum seipsam sed secundum rationem
 „ humanam à Christi lege transumptam.

Ex hac Waldensis doctrina discant Pœnitentiarii,
 non esse anxie nimis circa pœnitentiarum
 injunctionem laborandum : nec passim gravia &
 insueta onera fragilium confitentium humeris
 imponenda, quia sepe quod minus foris agitur, efficacius intus

opera.

operatur : in parvo opere magna devotio esse potest : parva enim pœnitentia promptius acceptatur , & ardentius adimpletur , quàm gravis insolita , quæ sæpe aut planè omittitur , aut cum fastidio perficitur. Quocirca Confessario de proportionè pœnitentiæ cum peccato sollicito hoc securum dat Waldensis (a) rursus documentum : Talis enim , ait , cum proportione peccato pœnam nescit , quid aliud , quàm credo Domine , adiuva incredulitatem meam , affectuosè proclamat ? Et erit tunc certa peccatorum solutio , clave nolenter errante , quia accurrens magister Ecclesia Christus , vel ex speciali dono excessum temperat , vel aggravat pœnam levem. Ipse enim est , qui quassatam arundinem non confregit , & lignum fumigans non extinxit (b). Sed si rei sunt homines , ipse solvit compeditos. Si sacerdotes boni , sed dubii , Dominus illuminat cecos. Ipsius est Sacramentum : Et ideo ipse certum præstat effectum. Sicut item in Archi-Synagogum : Noli timere , tantummodo crede. Marc. 5. Hoc Evangelicum documentum in exercitio cuiuslibet Sacramenti , de effectu eius securam reddit Ecclesiam. Nihil nobis cum hæreticis , qui tot vepribus vias sepiunt , ne remissionem peccatorum fideles obtineant. Clementiam Confessariorum erga pœnitentes amplius confirmemus ac commendemus , cum Waldensi Pœnitentiario sapientissimo , qui Witcleffo divinam justitiam ac rigorem exaggeranti respondit per Caput subiectum.

a De Sacram. pœnit. c. 130.

b I. 42. Psal. 243.

Et

Quod

*Quod Deus pronior est ad præmiandum
 stos, vel ad parcendum pœnitentibus, quàm
 ad puniendum iniquos. Waldensis Carm.
 Tom. 2. de Sacram. pœnit. cap. 153.*

3, **H**Uic item tractavi de clementia Sacerdo-
 3, rum & temperato rigore in Catho-
 3, pœnitentes, ingerunt se quædam difficul-
 3, tes Wicleff ad partem oppositam: quia
 3, netur se Christo conformare supremo co-
 3, fessori: quia à nullo alic potest capi certum
 3, ars absolutoria. Christus autem non est
 3, miserandum proclivior, quàm ad puni-
 3, dum reos. 4. dialogi cap. 12. Quantum
 3, istud (inquit) quod Deus est pronior
 3, præmiandum, quàm ad puniendum specie-
 3, liter istud est imbrigabile apud Scholasticos
 3, cum Deus sit in infinitum pronus ad puni-
 3, endum. Ideò cum in punitione sua sit sum-
 3, ma justitia, videtur, quod non sit proclivior
 3, ad aliquem præmiandum: ideò vel hoc de-
 3, ctum magistrale taceo: vel glosso illud se-
 3, cundùm terminos magis certos, ut nuntius
 3, impugnabiles: quia non video magnam pru-
 3, dentiam verba hujusmodi defendendo. Hæc
 3, Wicleff. **AUCTOR.** Quorumdam
 3, Philosophorum stultitia fuit, quod miseri-
 3, cordia non sit virtus: & ideò removen-
 3, eam putarunt, tam à Deo, quàm hominibus.
 3, De quibus lib. 6. divinarum Institutionum,
 cap.

cap. 14. LACTANTIUS. Si ergo in ho-
mine præclarum & excellens est bonum mi-
sericordia, idque divinis testimoniis, & bo-
norum, malorumque consensu optimum ju-
dicatur, apparet Philosophos longe abfuisse,
ab humano bono: qui neque præceperint,
huiusmodi quicquam, neque fecerint: sed
virtutem, quæ in homine propemodum sin-
gularis est, pro vitio semper habuerint. Li-
bet hic interponere unum de Philosophia lo-
cum: ut eorum plenius coarguamus errores:
qui misericordiam, cupiditatem, metus, mor-
bos animi appellant. Hæc ille. AUCTOR.
Non ad præsens negotium pertinet dicere,
si hæc hæresis Philosophorum prævalebat
in Witcleff: non scilicet pro magna virtute,
misericordiam æstimare: quamvis ita vi-
deatur sonare ex verbis, dicendo quando-
que, quod Christus non fuit ad corporalem,
eleëmofynam assuetus. Sed hoc, quod in-
tercidit, astruamus: quòd Deus sit ad præ-
miandum, vel miserendum pronior, quàm
ad puniendum proclivus. Assumit pro hac
parte Lactantius, quod præclarum, & ex-
cellens bonum in homine est misericordia,
& divinis testimoniis optimum judicatur.
Remotis igitur imperfectionibus, si eam tri-
buamus Deo, & optimum judicatur in Deo,
& superexcellens bonum. Quoniam ergo,
ad optimum bonum Deus semper est proni-
or: videtur, quod ad miserendum Deus sem-
per

per

- „ per est pronior, quàm ad puniendum. Et
 „ videatur hæc dictio magistralis (ut
 „ Grammaticus noster dicit) & non ex necesse
 „ sitare Scripturæ producta, & Ecclesiæ ve
 „ ritate, clamat ad nos ipse Dominus per Pro
 „ phetam, dicens (a) : Nolo mortem peccato
 „ ris, sed ut magis convertatur, & vivat.
 „ Ecce magis converti vult Dominus peccato
 „ rem ut vivat per gratiam, quàm ut inter
 „ reat per pœnam, & mortem secundam, In
 „ comparatione hujus primæ, dicit se nolle se
 „ cundam: quomodo ergo non est magis pro
 „ nus ad primam, scilicet gratiam, quàm ad
 „ secundam, scilicet mortem, & vindictam?
 „ Unde libro de verbis Domini ser. 3. inferens
 „ hunc textum, dicit AUGUSTINUS. O
 „ magna bonitas Dei: & amicitiarum nobis
 „ præmia repromittit, ut nobis obsequia de
 „ bitæ servitutis extorqueat: ut quos nolle ser
 „ vire conspicit spontè, suorum beneficiorum
 „ possit promissionibus invitare. Sequitur,
 „ Cupit etiam nolentibus subvenire: desiderat
 „ misereri peccanti: qui si peccaverit, dignos
 „ fructus exhibeat pœnitentiæ (b). Invitus
 „ nim in reos vindicat, si Dei miserantis in
 „ dulgentiam contemnant. Amat enim corri
 „ gi peccatores, qui in vitam non in mortem à
 „ principio constituit homines. Revertimi
 „ ni (inquit) ad me, & revertar ad vos (c).
 „ Et iterum: Nolo mortem peccatoris: tan
 „ tùm revertatur, & vivat. Non vult Domi
 „ nus

a *Ezec. 18.*

b *Matt. 3.*

c *Ezec. 18.*

nus in quemquam dominari mortem: non
 vult in pœnam deduci hominem, quem in
 vita constituit. Hæc ille. AUCTOR. Pla-
 nè patet Augustinum hic exponere mortem,
 non solùm pro morte culpæ, quam non vult,
 Dominus, sed & magis pro morte vindictæ,
 debitæ pro peccato. Non vult (inquit) Do-
 minus in quemquam dominari mortem: non
 vult in pœnam deduci hominem, pro quo
 dixit: Nolo mortem peccatoris: invitus in
 reos vindicat. Et in Hypognostico paulò
 post principium dicit. AUGUSTINUS(a), *a Tom. 3.*
 quod nec mortem vult, nec eam fecit, sed
 serpens. Nolo (ait per Prophetam Ezechie-
 lem Dominus) mortem peccatoris: sed ut
 revertatur, & vivat, si ejus (ut prædicatis)
 auctor est Deus: cur eam dicendo, nolo, re-
 pellit à peccatore, & non patitur quod suum
 est permanere? Mortem (inquit) nolo pec-
 catoris, quam ego ei non feci: sed ipse eam
 sibi dum in me prævaricator extitisset, inve-
 nit: sed revertatur, & vivat, id est, vitam
 me miserante recipiat, quàm se peccante per-
 diderat: Hæc ille. AUCTOR. Ecce Do-
 minus dicendo: Nolo mortem, mortem à
 peccatore repellit: ergo est ad miserandum,
 & præmiandum paratior, quàm ad punien-
 dum proclivior. Non enim longè distant
 Dei ad nos misericordia, & præmium qui
 coronat nos omnes in sola misericordia, &
 miserationibus suis multis (b). Et in argu-
 men- *bp/a. 102.*

„mentum divinæ pronitatis ad præmium
 „prius nos per præmia allicit, quàm terret
 „per vindictas. Nota ordinem AUGUSTI
 „NI. O magna (inquit) bonitas Dei: am-
 „citiarum nobis præmia repromittit, ut po-
 „sit promissionibus invitare: & desiderat
 „Deus misereri peccanti: non autem deside-
 „rat vindictam inferre peccanti: imò invitare
 „(inquit) in reos vindicat. Hoc argumen-
 „to probat item CHRYSOSTOMUS
 „Veritatem istam Catholicam cui tu adver-
 „sis in terminis: sumens occasionem à verbo
 „Christi præponentis præmium timori pe-
 „næ, super Matthæum, in imperfecto, Ho-
 „milis 45. ubi dicit. Qui me confessus fuerit
 „coram hominibus, confitebor & ego eum co-
 „ram Patre meo (a). Et qui me negaverit co-
 „ram hominibus, negabo & ego eum coram
 „Patre meo. Et quoniam quantum ad car-
 „nalem naturam rem possibilem mandave-
 „rat, nunc & pœnam, & præmium propo-
 „nit: ut non timore pœnæ, sed desiderio præ-
 „mii virtus animæ adjuvetur. Ecce præmium
 „Qui me confessus fuerit coram hominibus,
 „confitebor & ego eum coram Patre meo.
 „Sed prius dicit præmium, postea pœnam:
 „quia paratior est Deus ad præmiandum bo-
 „nos, quàm ad puniendum indignos. Vide
 „ergo quantò majus est præmium Dei, quàm
 „nostra justitia. Hæc ille. AUCTOR. Au-
 „disne, Wicleff, quod dicit Chrysostomus?

a Luc. 12.
 Matth. 8.

Ille

Iste est, quem dignè tu proclamas profun-
 dum Logicum, & sublimem Philosophum.
 Ipse planè dicit contra tuam vesaniam, con-
 tradicens tibi in terminis, quod Deus para-
 tior est ad præmiandum bonos, quàm ad pu-
 niendum indignos: quod tu planè subtices,
 aut glossas ad interitum: dicens imbrigabile:
 & ideò nullâ prudentiâ defendendum. Sed,
 dic motivum tuum, & maximam rationem.
 Quia Deus est in infinitum pronus ad pûni-
 endum: ergo non est pronior ad aliquè præ-
 miandum. Fallis Witcleff sic arguens: & te
 nec ostendes Philosophum, nec ut peritum
 disputare Theologum. Infinito enim cum in-
 finito comparatio non repugnat: uno enim,
 infinito quandoq; aliud infinitum est aliquo-
 tiens majus, aliquotiens infinitè. Deducit e-
 nim conclusionem THOMAS BRAD-
 WARDINUS, lib. 7. de causa Dei, cap. 1.
 part. 9. probans Deum esse infinitè magis
 quacunque multitudine infinita: quam ponit
 Averrois particularium existentium infinita,
 cujuslibet speciei est alia major multitudo, vi-
 delicet congregata ex illa, & alia simili alte-
 rius speciei. Tota etiam multitudine cujus-
 cunque speciei, ac etiam omnium specie-
 rum: quia quacunque multitudine infi-
 nita omnium particularium existentium
 posset esse aliqua major: imò dupla, tripla,
 quadrupla, & deinceps simul, vel successivè.
 Deus autem (inquit) est tam magnus, & in-
 finitus, quod nihil majus, aut infinitius esse
 posset.

posset

„ posset. Per hoc ergo infinitas aggregata
 „ omnium particularium aliquarum duarum
 „ specierum actu existentium, vel de possibili
 „ successive, est duplo majus, quam altera
 „ illorum per se. Item infinita claritate secun-
 „ dum dotem corporis beatificabitur aliquis
 „ Sanctus in gloria : sed infinite major inter
 „ si vè erit dos dilectionis ejus in anima : ergo
 „ dos dilectionis est infinitior dote claritatis
 „ Modus arguendi videtur ex illo textu Topo-
 „ corum. Si optimum unius generis sit melius
 „ optimo alterius generis : hoc totum est sim-
 „ pliciter illo melius. Similiter divina fecun-
 „ ditas est infinita in producendo creatura
 „ sive in esse suo intelligibili secundum speciem
 „ & numerum, sive in esse creato secundum
 „ rem : sed multo infinitior est fecunditas ejus
 „ in producendo verbum, vel spiritum in
 „ densitate naturæ divinæ secundum nume-
 „ rum : ergo in eodem, unum infinitum exce-
 „ dit aliud : sic & dato, quod Deus esset infi-
 „ nitè pronus ad puniendum indignos, non
 „ propter hoc sequitur, quod non esset
 „ pronior ad præmiandum, etiam infinitum.
 „ Dicis : imò quia cum in punitione ejus sit
 „ summa justitia, videtur, quod non sit
 „ pronior ad aliquem præmiandum. Si tibi
 „ sic videtur, oculus tuus nequam est :
 „ quia D E U S bonus est. An ideo non
 „ licet ipsi quod vult facere, & pro-
 „ pterius

pitius esse? quia si punit, habet in puni-
 endo summam justitiam. Quasi dixeris:
 non habet summam justitiam in mise-
 rendo, sicut in pœnitendo. Sed Ca-
 tholica fides dicit tibi quod sic. Un-
 de super Psalm. 143. vers. 1. **AUGUSTI-**
NUS. Superexaltat autem misericordia,
 iudicium (a). Quid est hoc fratres: su-
 perexaltat misericordia iudicium? suppo-
 nitur misericordia iudicio, in quo in-
 ventum fuerit opus misericordiæ, & si
 habuerit aliquid fortè in iudicio quo
 puniatur, tanquam unda misericordiæ
 peccati ignis extinguitur: superexaltat
 enim misericordia iudicium. Quid au-
 tem cum talibus subvenit, & cum ta-
 les liberat, & cum talibus ignoscit,
 iustus est **DEUS**? absit. Et ibi ju-
 stus est. Non tollit ei misericordia justitiam:
 nec justitia misericordiam. Vide enim si non
 iustus est: dimitte, & dimitto: da, & do.
 Vide si non iustus est: In qua mensura men-
 si fueritis, in ea remetietur vobis (b). Ad
 hoc enim in qua mensura? Non enim men-
 sura ejusdem generis: sed ad hoc eadem men-
 sura: ignosce, & ignosco. Est apud te men-
 sura veniæ dandæ? invenies apud me mensu-
 ram veniæ accipiendæ. Est apud te
 mensura tribuendi quod habes: invenies
 apud me mensuram accipiendi quod non
 habes. Hæc ille. **AUCTOR, Pro-**

a Iacob. 2.

b Marc. 7.
 Marc. 4.

R bat

„bat bene Augustinus, quod Deus, etiam
 „cùm miseretur, tenet summam iustitiam
 „quia rependit homini vices suas, nec tollit
 „misericordiam suam iustitiam: nec iustitia mis
 „cordiam. Summa ergo sibi iustitia cùm par
 „sed infinitè paratior secundùm summam
 „suam iustitiam ut misereatur, & donet: quod
 „ad puniendum, secundùm prædicta, quod
 „accedit invitus, & non vult peccatoris ro
 „tem secundam: magis autem vult ipsi mis
 „reri, ut convertatur, & vivat. Cùm ergo
 „omnis Dei proprietates surgat in infinitum
 „infinitè magis vult Deus misereri peccanti
 „quàm punire peccantem: & sic infinitè et
 „pronior ad præmiandum, vel miserendum,
 „quàm ad puniendum peccantes. Et secun
 „dùm hanc fidem orat Ecclesia Deum, dicens
 „ad eum: quia misereri potius eligis, quàm
 „irasci. Et lib. 1. de pœnitentia hanc fidem
 „incorporans scriptis suis AMBROSIVS,
 „(a). Jus (inquit) Spiritus sancti in solvendis
 „ligandisque criminibus est. Quomodo et
 „quo munus ejus vendicant, de cujus diffidunt
 „jure & potestate? Quid quod in solentiores
 „sunt? Nam cùm ad misericordiam prom
 „ptior, quàm ad severitatem sit Spiritus Dei:
 „quod ait se velle, id nolunt: quod nolle, hoc
 „agunt: & cùm vindicare iudicis sit, remittete
 „misericordis, tolerabilius igitur, Novatians,
 „remitteres, quàm ligares. Aliud enim quasi
 „delinquendi parcè usurpares: aliud quasi a
 „rum.

2 Tom. 1.

rumnæ compassus ignosceres. Hæc ille. AU-
 CTOR. Ecce & hic audis Ambrosium pro-
 testari regulam fidei supra dictam. Ad mise-
 ricordiam (inquit) promptior, quàm ad se-
 veritatem est spiritus DEI : Et igitur tolle-
 rabilius Novatianus remitteret quàm ligaret.
 Ex quo liquet, quod à duritia Novatiano-
 rum traxit Witcleff formam negandi prin-
 cipium fidei antedictum : & calumniari ipsū,
 tanquam principium magistrale. Christi ve-
 rò fidelibus sufficit habere pro principiis sibi,
 credendis tales magistros : magistrum Am-
 brosium, magistrum Chrysostomum, magi-
 strum Ezechielem dicentem ex ore Domini :
 senolle tormentum peccatoris, sed ut magis,
 convertatur, & vivat. Si magis hoc, quomo-
 do non pronior est ad hoc ? Magister item,
 principii hujus est Dominus noster per os,
 Esa. 58. Numquid tale est jejunium quod e-
 legi per diem affligere hominem animam,
 suam ? Numquid contorquere quasi circu-
 lum caput suum, & saccum, & cinerem ster-
 nere ? Nonne hoc est magis jejunium quod,
 elegi ? dissolve colligationes impietatis, solve,
 fasciculos deprimentes, dimitte eos, qui con-
 fracti sunt, liberos, & non onus distrumpe,
 frange esurienti panem tuum, &c. (a) Non
 tantum est ad hoc Deus ipse paratior : sed in-
 struit item hominem ut præeligat pœnæ &
 afflictioni corporis pro peccatis misericor-
 diã facere, & opera pietatis. Et hoc est magis
 jejunium, quod elegit : & ita secundum hoc,

Esa. 58

„confidendum est magis in Domino, quam
 „desperandum de vitio: secundum illud
 „stini de visitatione infirmorū lib. 1. in fine
 „centis. Adesto mihi propitius in his meis
 „gnis necessitatibus. Non possum mereri
 „re meis operationibus, sed tu redime
 „miserere mei. Diffido de meis meritis,
 „confido de miserationibus tuis: & plus
 „fido de tuis miserationibus, quam diffido
 „de malis meis actibus. Hæc ille. AUCTOR
 „non autem plus consideret sapiens Augu-
 „nus in miserationibus Domini, quam diffi-
 „deret de malis actibus propriis, nisi sciret
 „Deum paratiorem misereri, & parcere pe-
 „tenti quam pœnam infligere delinquenti.

Hæc est doctrina Catholica de divina pro-
 nitate ac promptitudine ad miserandum ac
 parcendum peccatoribus: quæ tamen novissi-
 mis quibusdam immisericordibus pœnitenti-
 riis non probatur: renovant enim cavillationes
 Witleff: divina nimirum attributa omnia esse
 æqualia: adeoque Deum non esse magis pro-
 num ad miserandum ac parcendum, quam ad
 puniendum: verum (præterquam quod illud
 Waldensi plenè sit responsum) divina attri-
 buta licet in se, & secundum sua intrinseca, pro-
 ut se tenent ex parte essentiæ divinæ, sint æqua-
 lia, licet imo potius una simplex ac indivi-
 sibilis perfectio: extrinsecè tamē, & secundum
 suos terminos admittunt distinctionem ac
 æqualitatem: ad aliamque extenditur, &
 etiam ad plura, divina omni scientia, quam

creatrix omnipotētia, illa enim etiā merè possi-
 bilia, negationes, ac impossibilia attingit: hæc
 solum existentia actu attingit, sic etiam divina
 justitia ac misericordia ex parte terminorum
 possunt esse inæquales, quatenus Deus magis
 utitur & exercet misericordiam, quàm justiti-
 am, nam, juxta quod orat Ecclesia, Deo
 proprium est misereri semper & parcere. Un-
 de lapsa genere humano peccante Adamo,
 cūm justitia ac judicium vellet omnes punire ac
 damnare accurrit vicitque misericordia, de-
 cernens ut homo redimeretur per verbi Incar-
 nationem ac Passionem. Hinc & misericor-
 dia Dei impios punit citra condignum, & ul-
 tra condignum præmiat pios; ut habet com-
 munis Theologorum sententia. Unde Tho-
 mas Anglicus: *Misericordia, inquit, exaltat
 judicium, quia major est veluti curia misericor-
 dia quàm justitia: sicut licet à minore curia ap-
 pellare ad majorem; ita à curia justitiæ ad cu-
 riam misericordiæ. Sicut Romæ multi causam
 quam perdiderunt in signatura justitiæ, impe-
 trant in signatura gratiæ. Quocirca suadet*
 Paulus (a). *Adeamus ergo cum fiducia ad thro-
 num gratiæ, ut misericordiam consequamur, &
 gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Un-*
 de & noster S. Cyrillus (b). *Supra judicium,*
 inquit, *exaltatur misericordia, sicut oleum super
 aquam: Misericordia enim exaltat se supra
 judicium superat & vincit judicium, eius-
 que rigidam damnationis sententiā, cui pecca-*

a Hebr. 4.

b Lib. 5. in
Ioan. c. 14.


R 3

tor

cator obnoxius est, infringit & abolet, dum
 facit ut peccatores secundum misericordiam
 salventur, & non per iudicii rigorem & seve-
 ritatem damnentur. Nec Deus sic plus misere-
 rando quàm puniendo suæ repugnat iustiti-
 æ, uti dilucidè demonstrat doctor Angelicus (1).
Misericordia superexaltat iudicium: Quia
 Deus, inquit, misericorditer agit, non contra
 iustitiam suam faciendo, sed aliquid super iusti-
 tiam operando: sicut si alicui, cui debentur centum
 denarii, aliquis ducentos det de suo, non facit con-
 tra iustitiã, sed liberaliter vel misericorditer opo-
 ratur. Et similiter si aliquis offensam se commissa
 remittat, eam enim donat & condonat. Ex quo
 patet, quod misericordia non tollit iustitiam, sed
 est quadam iustitiæ plenitudo: unde dicitur Ia-
 cobi 2. quod misericordia superexaltat iudicium.
 Sicut opera supererogationis superant manda-
 ta, ac consilia Evangelica transcendunt præcep-
 ta: misericordia enim sæpe est consilii, iudi-
 cium verò præcepti apud homines, sed non ap-
 ud Deum. Non tantum est, inquit, Walden-
 sis, ad hoc (scilicet miserendum) Deus ipse pa-
 rator: sed instruit item hominem, ut præcipue
 poena & afflictioni corporis pro peccatis, misere-
 ricordiam facere, & opera pietatis, præter-
 tim spiritualia erga miseros peccatores peccata
 confitentes. Non ergo adeo insolentes sint Pen-
 nitentarii quidam severi (cum sancto Ambro-
 sio ac Waldensi moneo) nam cum ad misere-
 ricordiam promptior, quàm ad severitatem sit

al. p. 9. 11.
 art. 3. ad
 2.

spiritus Dei : quod ait se velle, nolunt illi seorsum Dei cultores (nimirum misericordiam & compassionem :) & igitur tollerabilius remitterent (concludo cum Waldensi) quam ligarent : ut enim rectè & consolatoriè S. Cyprianus (a), a Sermon: in cena Domini, In amplitudine sinus sui mater charitas prodigos suscipit revertentes: & velit nolit Novatus hereticus, omni tempore Dei gratia recipit pœnitentes. Quos recipit Dei gratia, non rejiciat hominis sevitia. Et sanctus Nazianzenus : Nonne Deus, cujus multa sunt, ob qua admirationi est, nihil tam peculiare habet, quam ut omnibus benefaciat ? Noli igitur ignominia afficere conjuncta, noli venari nova in praxi pœnitentiæ.



CAPUT VII. Hydræ.

Indomita Religionem innovandi libido est schismatis & hereseos causa ac nota.

Mille hominum species, & rerum discolor usus :

Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno.

QUOD enim exploratissimum sit in cæteris hominum commerciis, notissimum pariter ac lugendissimum in Ecclesiasticis, in rebus,